

XX. *Iustini GOBLERI Chronica* der Braunschweigischen Fürsten Herkommen, vor Zeiten in Reimen einfältig beschrieben, jetzt verbessert. *Francof. 1566. fol.*

Liber mihi non lectus est, Goebleri vitam Erici Ducis laudibus extollere video Meibomium.

XXI. *Davidis CHYTRAEI Chronicon Saxoniae & vicinarum gentium. Lips. 1593. fol.*

Auctor, inter generales scriptores nobis laudatus, plenior est in rebus sui seculi.

XXII. *Iacobi SCHOMAKERI Historia Luneburgensis MSC.*

Ad hunc saepius prouocat Sagittarius.

XXIII. *ANONYMI Chronicon rhythmicum de rebus Brunsvicensibus Saxonis.*

Senior Meibomius hoc diligenter usus est.

XXIV. *Hermannii CORNERI Chronicon rerum Saxoniarum MSC.*

Hic auctor pluribus laudatur, nondum tamen, quod sciam, editus est. Helmoldum & Arnoldum Lubecensem fertur exscripsisse.

XXV. *Cunrad von HOEVELEN der Stadt Lüneburg Fürtrefflichkeit. Lubecae 1668. 8.*

Extant eiusdem auctoris Chronica 1) Hamburgense, 2) Lubecense, 3) Razenburgense opera leuiter scripta () (**).*

XXVI.

(*) *Iob. BORCHOLTEN* de gradibus (a) librum scripsit, vbi exempli loco attulit genealogiam Ducum Brunsvicensium.

(a) Qui edit. *Helmstadii 1589. in 8.* Locus, qui huc pertinet, p. 14. habetur. Nam in p. 19. etiam eodem sine recitat stemma Electorum Brandeburgicorum.

(**) *Francisci ALGERMANNI* kurzer Bericht (b) von Erbauung der Stadt Braunschweig, 1605. in 4t. 12. Bogen.

(b) A principio vrbis conditae an. 861. ad an. 1590. Id agere videtur auctor, vt ciuitatem Brunsvicensem prouincialem esse doceat, necquicquam imperialem. Singulorum enim Ducum in eandem iura adnotat, ostenditque causas, tempora, occasionem eius aduersus Principes suos insolentiae & perduellionis. Ceterum se natum & educatum esse in hac prouincia scribit, Principum vltra triginta annos officialem.